HISTORIAE LITERARIAE CULTORIBUS

S. P. D.



PETRUS CAMPER

NATUS LEIDÆ XI MAJI MDCCXXII.

A. L. M. Phil. et Medicinae Doctor, Medicinae, Anatomes et Chirurgiae in Inlustri Athenaeo Amstelaedamensi Professor Honorarius. Regiae societatis Londinensis, Edinburgensis, Acad. Regiae Chirurg. et Reg. Societatis Medicae Parisiensis, atque Acad. Reg. scient. Tolosanae Socius. Acad. Reg. Scientiar Parisinae correspondens Academiae Imperialis Petropolitanae atque Societatis Naturae Curiosorum Berolinensis, ut et Acad scientiarum, Hollandicae Harlemensis, Roterodamensis, ac Flessingianae membrum. Societatis Agriculturae, atque Academiae Picturae quae Amstelaedami florent Honorarius. etc.

Quandoquidem saepius Fautores mei Extranei petierunt enumerationem eorum, quae de Medicina, Anatome, Chirurgia, Historia Naturali, aut de Arte veterinaria publici juris feci; praesertim quoniam late sparsa et non omnia à Clarissimis Viris Hallero (*a*), Stoschio, Baldingero (*b*) et P. Portallo recensita sunt, in Amicorum meorum gratiam et commodum hunc Indicem edi curavi.

Londini Celebrem Artis Obstetriciae Doctorem *Smellium* in componendis Tabulis adjuvi, ideamque Ipsi suppeditavi demonstrandi suas Encheireses cum Forcipe per figuras Catagraphice ductas, quas omnes calamo ad ipsa objecta delineavi. Eas omnes Citat in Praefatione Libri Londini in folio Ao. 1754. Edit. Titulo. *Aseat of Anatomical Tables* etc. Nempe. Tab. XII. XVI. XVIII. XIX. XXIV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIV. et XXXVI. Anno 1752.

Fra-

(*a*) Inl. Hallerus in Biblioth. Anat. Tom. II. § 1518. Pag. 395. et in Bibl. Chir. Tom. II. § 1266. p. 385. non modo incompletam, sed male excerptam Obs. mearum dedit historiam. (*b*) Auszug aus den Biographien jetzlebender Ärtze und Naturforscher. I Band. II Stück. § XIV.

A

Anno 1754 *Franequerae* in 4to. Dissertationem de Patella fracta edidi.

Symptomata omnia Colicae Pictaviensis ex Nervi Intercostalis cum nervis Totius corporis unione explanavi, uti videre est in Edit. I. Celeb. *Monroi* tract. de Nervis à Cl. G Coopmanno *Franequerae* Latinitate donati: et in altera Edit. Ao. 1762. p. 180. addidi quoque explanationem Cancri Labiorum et ejus per vicinas glandulas dispersionem secundum nervos septimi et quinti paris.

1759. *Amstelaedami* Secundæ Belgicae Editioni *Mauricaei* de morbis Gravidarum, et Parturientium, in 4to: adjeci sex dissertationes Belgico sermone: 1 De Trunco et Pelvi feminarum et Recenter natorum capitibus, eorumque variis rationibus atque figuris. 2. De Vero situ Uteri intra pelvim, et infantum intra Uterum. 3. De Partu naturali, variis capitum incuneatorum accidentiis, et de signis vitae et mortis infantum. 4. De Vecte Roonhusianorum, et ejus encheiresi. 5. De Smelliana forcipe, et ejus usu. 6. De Uteri prolapsu et de Pessariorum variorum commodis.

Hae in Germanicam linguam translatae prodiere Lipsiae Ao. 1777. in 8vo. titulo, Betrachtungen uber einige gegenstände aus der Geburtshülfe / und über die Erziehung der Kinder von *P. Camper*.

1760. *Amstelaedami*. folio maj. Demonstrat. Anatomico phatholog. Liber I. de Brachii humani fabrica et morbis prodiit.

1762. Ib. Demonstr. Anat. pathol. Lib. II. De Pelvis Humanae fabrica et morbis. Tertius Liber aget de Capite, in quo cerebrum, ejus nervos, etiam colli, ceterarumque partium vicinarum pertractabo; nec non Nervi Intercostalis unionem cum ophthalmico, cum reliquo quinto pari, cum sexto, et ceteris usque ad thoracem. Tabula prima absoluta est, figurae pro altera etiam finitae, adeo ut Explanatio et morborum expositiones haud difficulter, utpote jam ruditer adumbratae, addi queant. ...apud Barth. Wild Ultrajecti

1760. *Harlemi* In Parte I Tom. VI. Actorum Harlemensium in 8vo. 1. Dissertatio de caussis herniarum in Recenter natis frequenter contingentium. p. 233.

2. De Vero Generationis organo in Bufonibus Americanis *Pipal* dictis, seu Ranis Linnaeo. Edit. XII Tom. I. Syst. Nat. p. 354. Spec. I.

1762. Ib. Tom. VII. Pars. I. Continuatio diss. de caussis herniarum in recenter natis frequenter Contingentium. p. 58

2. Dissertatio de Organo Auditus Piscium Squammigerorum, praesertim ex Morrhua. p. 79. quod 17 Nov: 1761. primus detexi.

3 De Regimine Infantum, dissertatio, *latine* conscripta, quae ab Acad. Harlem. Praemio Argenteo dicto condecorata est. p. 351. *. Haec una cum sex Dissert. supra memoratis Lipsiae germanice edita est. Uber die Erziehung der Kinder.

1764. *Groningae* in 4to. Epistola ad Anatomicorum Principem Magnum Albinum prodiit.

Har-

Harlemi. Act. Harlem: Tom. XI. Part. III. De Organo Auditus Ceti. pag. 193. Anno 1765.

Ib. Tom. XVII. Part. I. De Sede Organi Auditus, ejusque praecipua parte Ossea in 1776.
Balaenis mysticetis egi.

Amstelaedami. Ad calcem Agriculturae Novae etc: Belgice Editae dissertationem dedi. 1762.
I. De fasciolâ hepatica Ovium. et. II. De maligna et insanabili Equorum Ozaena, quam *La Morve* vocant Galli. III. Observ. circa vitulinum foetum intra uterum, ossibus exceptis, penitus putrefactum salva matre. Tom II. pag. 304. *Belgice.*

Ejusdem Operis Tom. III. pag. 295. Tentamen de optimis modis Prata tam alta quam 1764.
depressa foederati Belgii excolendi. *Belgice.*

Ad Calcem Tom. IV. Ejusd. adjeci parvam dissertationem, de origne fasciolarum 1765.
hepaticarum in Ovibus et bobus. Etiam *Belgice.*

Edinburgi in Vol. III. Essays and Observ. Physical and literary. Ao. 1771. Art. 1765.
XXVIII. Observationes novae circa Callum ossium fractorum. *Latine.*

Parisiis, in actis etc: *Memoires de Mathematique, et de Physique presentés à L'Acad.* 1767.
R. des sciences. &c: 1774. Tom: VI. p. 177. reperitur dissertatio, seu *memoire sur l'organe de l'ouie des poissons.* De Organo auditus piscium, gallicé: descripsi in eâ Organum auditus, et cerebrum *Lophii*, seu *Ranae Piscatricis*, *Esocis*, et *Rajae.*

Leovardiae. 8vo. Lessen over de thans zweevende Veesterfte. Id est. IV. Lectiones 1769.
Academicae De saeviente cum maxime Peste Bovilla, quae Hafniae Ao. 1771 in Linguam German. translatae prodierunt. Vorlesungen uber das heutige herumgehende Viehsterben.



Ib. Voorlooper van Waarneemingen omtrent den uytslag van de Inëntinge der besmettelyke Veeziekte op Eenhonderd en twaalf Hokkelingen gedaan in Friesland. Id est *prodromus observ. circa eventum insitionis luis Bovillae in* 112 *Juvencis exercitatae.*

Ib. Aanmerkingen over de Inentinge der Kinderziekte met Waarneemingen bevestigd, 1770.
Id est *Animadversiones circa insitionem variolarum observationibus illustratae.* Notandum in hac dissertatione praecipua contineri, quae in dissertatione *Tolosae* coronata. Lipsiae. Ao. 1772. prodierunt titulo, Anmerkungen uber die Einimpfung der Blattern, durch beobachtungen erlautert.

Amstelaedami. 8vo. Redenvoering over den Oorsprong en kleur der Zwarten; id est 1772.
Prolusio de Origine et colore Aethiopum habita in Theatro Anat. Groning. 14 Nov. 1764 Rhapsodist. II. Deel. No. III.

Parisiis, Ad Acad. Reg. Scient. misi Observ: meas novas circa aëris ingressum in- 1772.
tra cava ossa Volucrum. Obs. Anat: de sue dorso cystifero cauda nullâ. *Pecari.* De Myrmecophaga Capensi, et de Organo auditus et naribus Physeterum *Gallice.*

Anno 1773. *Parisiis* in Memoir. sur les sujets proposés pour le prix de 'l Acad. R. de Chir. Voluminis IV. Part II Ao. 1778. Impressa est, Dissertatio De Incommodis ab Unguentorum et Emplastrorum abusu, nec non de praxeos trivialis pro curandis Ulceribus, hac in materia emendatione. *Haec a Regia Acad. Chir. Parisina. Aureo nummo coronata fuit.*

1774. *Parisiis.* Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. V. 4to. p. 626. Memoire sur la construction des Bandages pour les Hernies. *Gallice.* seu *De Construendis Bracheriis ad hernias.*

Ib. pag. 729. Remarques sur les accouchemens laborieux par l'enclavement de la tête, et sur l'usage du levier de Roonhuyzen dans ce cas. *Gallice.* Id est, *Animadversiones in partus difficiles ex Capitis incuneatione, et de usu Vectis Roonhusiani in iis casibus.*

1774. *Groningae* in 8vo. Dissertatio de emolumentis, et optima methodo insitionis Variolarum, *ab Acad. Reg. Scient Tolosana Ao. 1772. Praemio condecorata.* Huic dissert. addidi, *Epistolam* ad cl. *D. v. Gesscher* de emolumentis sectionis synchondroseos Ossium pubis in Partu difficili. cet. nunc primum latine redditam. Et Animadversiones criticas in Illustr. *G. L. B. van Swieten* comment. de Variolis. Notandum, hanc Epistolam 10 Junii 1771. Belgice conscriptam insertam esse In Nov. Patriis Literarum Exercitationibus. *Nieuwe Vaderlandsche Letteroeffeningen.* Parte V. sect. IX. pag. 386.

1774. *Roterodami* Verhandelingen van het Bataafsch Genootschap der Proefondervindelyke Wysbegeerte. Vol. I. p. 235. Verhandeling over het zaamenstel der Groote beenderen in Vogelen cet. Id est. *Dissertatio de Ossium majorum in avibus structura.* Ubi aëris Ingressum in cava ossa per respirationem demonstro, et Inventionis hujus diem 10 Febr. 1771. Indico.

Ibid. pag. 245. Aanmerkingen over het gezang der mannetjes Kikvorschen. Id est. *De Coaxatione Ranarum nostratium observationes.* Eas jam feceram Ao. 1760. dissertationem composui Ao. 1771.

Ibid. Verhandeling over het toestellen van Breukbanden. *seu Diss: De Construendis Bracheriis ad hernias.* p. 253. Anno 1771. hanc conscripseram; estque eadem, quam Academia Regia Chir. Paris. impressit, paucis mutatis. Roterodami vero edi curavi in commodum Concivium meorum, et quidem lubentius, quoniam Parisienses impressionem ultra modum retardabant.

1774. *Leovardiae* in 8vo. Gerechtelyke en ontleedkundige Verhandeling over de tekenen van Leven en Dood in nieuwgeborene kinderen; id est *Dissertatio Anatomico Legalis, de signis vitae et mortis in recenter natis.*

2. Bre-

2. *Brevi post.* Ib. in 8vo. Gedagten over de misdaad van Kindermoord, over de gemakkelyke wyze om Vondelinghuyzen in te voeren; over de oorzaaken van Kindermoord, en over Zelfmoord. Waarby Twee Proeven over de Inblaazing der Lucht in de longen van Kinderen die dood ter wereld koomen. Id est. *Meditationes de crimine Infanticidii*; *de facili modo introducendi Orphanotrophia pro derelictis*; *de Causis Infanticidii, et de suicidio.* Quibus adjecta sunt. *Duo Experimenta circa aëris inspirationem in pulmones infantum, qui mortui nati sunt.* Anno 1774.

Dissertatio illa Anatomico-Legalis, et meditationes cet. In Germanicam linguam translatae sunt a Doctissimo Viro. *J. F. M. Herbell*, et impressae Francofurti et Lipsiae Ao. 1777. 8vo.

Amstelaedami in 8vo. Kort berigt van de Ontleding eens Jongen Elephants, seu *Brevis expositio Anatomes Elephanti Junioris.* Inserta Novis Liter. Exercit. Patriis. Prodromus est Libri quem brevi in folio edam. *De Anatome Elephanti masculi mortui in Vivario Cels. Principis Arausionensis, Belgii Foederati Gubernatoris* &c. &c. &c.; Duodecim jam Tabulae ab Eximio coelatore *Regnero Vinkeles* aeri incisæ sunt, sed et Duodecim aliae absolvi debent, antequam Descriptionem et explanationem ad umbilicum deducere possum. 1774.

Ibid. In eodem Diario extat Epistola, in qua, me diu ante Clarisf. *Joh. Hunterum* aëris ingressum intra cava ossa volucrum detexisse, evidentissime demonstro; etiam rationem, qua aër per Tubas Eustachianas in mandibulas avium et intra duplicaturam Tabularum Cranii ingreditur: quam se ignorare adhucdum in Vol. LXIV. Phil Trans. Ao. 1774. edit: fassus est. pag. 211. 1775.



Addidi et appendicem. ib. *De Nova Methodo Chalybem indurandi in Oleo ebulliente.* Demonstravique indurationem Chalybis nullo modo pendere â frigore, sed probabiliter ab extinctione subitanea ignis. cetera. Communicavi etiam novum hoc inventum Ao. 1777. Parisiis in ipsa Academia Regia scientiarum.

Ibidem. Brief over het Steensnyden in twee reyzen, seu *Epistola de Calculi sectione per bina Intervalla.* In eâ, Celeb: *Mareti* Eximiae dissertationis super hâc re, actis Regiis Acad. Scient. Divionensis insertae, nullam mentionem facere potui, quoniam ejus notitia, non nisi post editionem hujus epistolae ad me pervenit: quod, quoniam egregia Experimenta et Observationes continet, vehementer doleo. 1777.

Petropoli. ex Auctoritate Academiae Imperialis Petropolitanae, curante Inlustrissimo *Pallasio*, impressa est: dissertatio de Capite Rhinocerotis cum gemino cornu, ad inlustranda Capita fossilia a Celeberrimo hoc Naturae indagatore in Novis Comment. Acad. Imp Petrop. Vol. XIII. et XVII. descripta et delineata. Part. post. p. 193 de Myrmecophaga Afra p. 225 nec non de Dedelphide Asiatica p. 229. 1777.

Parisiis. 4to. Sur l' Epizootie de la Hollande. Id est, *De lue Bovilla Hollandiae, et Insitionis emolumentis.* Memoir. de la societé R. de Medecine. 1779. p. 321. 1777.

 Be-

Anno *Berolini* in 8vo. Beschäftigungen der Berlinischen Gesellschaft Naturforschender freunde.
1778. Tom. IV. §. V. p. 95. *Dissertatio de Vera et praecipua caussâ morborum inter pecora et armenta epidemice, seu Epizootice grassantium.* Latine conscripta, Ao. 1777. *coronata ab illustri societate.* Ao. 1778.

1778. *Amstelaedami*, In Diario saepius citato. Kort berigt wegens de Ontleding van Verscheidene Orang Outangs, id est *Brevis Expositio Anatomes Variorum Orang Outang, seu simiarum ex insula Borneo.* Haec etiam prodromus est Tractatus de Simiarum multarum anatome, qui jam sub praelo est, de quo mox plura.

1778. *Amstelaedami.* 8vo. De Verhandelingen van Hippocrates, Celsus, en Paulus Aegineta, over de Pypzweeren, en uytzakkingen van den aars vertaald, en met Aanmerkingen opgehelderd. seu *Hippocratis, Celsi et Pauli Libri de Fistulis et prolapsu Ani in belgicam linguam translati, et Observationibus atque adnotationibus inlustrati.*

1779. *Leidae.* In Diario cui titulus, *Genees, Natuur en Huysboukundig Kabinet.* No. III. Verhandeling over den waaren aart der Kankerwording, en een Onfeilbaar teken van Onherstelbaaren Borstkanker. Id est. *Tractatus de Vera Carcinomatum indole, atque de novo signo inmedicabilis Cancri Mammarum.* In quo simul novas à me Ao. 1775, Detectas Glandulas Thoracis internas et vasa lymphatica exposui, et figurâ illustravi.

1771. *Amstelaedami.* Additions au Tome XV. de 'l Hist. Nat. de Mr. De Buffon et Daubenton. p 53. Celeb. Phil. et Hist. Nat. Prof. *Allamand* inseruit quas cum eo communicaveram, *Observations sur le Renne*, id est Observationes circa Tarandum, quas Ill. Comes de *Buffon* similiter in Supplementi Tom. III. p. 138. recepit.

1779. *Londini.* Philos. Transact. for the Year. 1779. Part II. De Organo loquelae Simiarum, praesertim *Orangi.* quam dissertationem anglice conscripsi.

1779. *Amstelaedami.* apud *Petrum Meyer* sub praelo sudat, *Fasciculus Primus Hist. Nat.* qui Continet. I. Variarum simiarum praecipue Pitheci, Orangi et Seniculi Anatomen, comparatam cum Galeni et recentiorum doctrina: etiam demonstrationem euidentissimam, *Manum ingentem* a clar. *Allamand Simiae* incognitae *tributam arte factam esse*, atque ex Urso Compositam. cetera. II. Rhinocerotis aethiopici caput cum gemino cornu tradet. III. Tarandi Structuram exponet, praecipue oculorum, et organi Loquelae. Belgice et Gallice.

Fasciculus alter, Hippopotami, Myrmecophagae Capensis, Didelphidis Asiaticae ab Americanis multum diversæ, Dromadarii, Crocodili Gangetici, Balaenae, aliorumque Rarissimorum animalium anatomen exhibebit.

Pro

Pro Praelo etiam praeparata sunt, quae in Auditorio magno Academiæ Picturae Amstelaedamensis publice Anno 1771. 1774 et 1778. Docui, atque Variis delineationibus propria manu coram Auditoribus comprobavi. Scilicet:

I. Tractatus de Physica et speciali varietate, quam in faciebus diversarum Nationum, atque aetatum observamus: Nec non de Nova, certaque, ac facili methodo delineandi omnium facierum formas. Novae hujus Doctrinae mentionem fecit Vir Ingeniosissimus, et Venerandus Lavaterus in Physiognomicis fragmentis.

II. Nova Theoria et Praxis varia animi pathemata in hominum vultu exprimendi.

III. Dissertatio de Admirabili Analogia inter hominem et omnis generis animalia tam quadrupedia, quam aves et pisces, atque de Nova et certissima methodo pingendi omnis generis animalia. IV de Pulchro Physico. +

Prodibunt haec specimina, ad Pictores quam maxime pertinentia, Belgice et Gallice.

Interea unico Volumine in 4to. Edam. ~~Septem~~ Decem *dissertationes, quae variis in Academiis coronatae fuerunt.* I. De Regimine Infantum. II. De Emolumentis et optima methodo insitionis Variolarum. III. De Incommodis ab unguentorum et Emplastrorum abusu oriundis, et de eorum emendationibus in ulcerum curatione. IV. De Theoria et Curatione morborum chronicorum Pulmonum, ~~Lugduni~~ Coronatam. Ao. 1775. *sed nondum impressam* cum additionibus ab Inlustrissima hac Academia Regia desideratis. V. *Sur les influences, que l'air par ses diverses qualités peut avoir dans les maladies Chirurgicales, et sur les moyens de le rendre Salutaire dans leur Traitement.* Ao. 1776. Parisiis ab Acad. Reg. Chirurg. proxime ad Praemium accedentem judicatam (*a*), similiter nondum publici juris factam. VI. De Vera et praecipua caussa morborum inter Pecora et armenta epidemice, seu epizootice grassantium. *Quae latine nondum prodiit.* VII. Dissertationem de remediorum specialium requisitis, genuina historia, et optima administrandi methodo; ~~nec non de morbis~~ quorum speciales curationes desiderantur Ao. 1779. ab Inl. Regia Acad. Scient. Artium, et Literar: Divionensi coronatam. +

VIII de Somnio et Vigilia ~~...~~ ~~...~~ indole atque usu in morbis quimanuca. vantur A° 1781 ab Acad. R. Chir. Paris coronata. IX Comment le vice de differentes excretions peut influer sur les maladies chirurgicales, et les traiter. coronata ab eadem Acad.a 1782. X De Variis Hydrops: natura et sanatione. Paris. a Soc: Regia Medica coronata 1782

Promisi jam ante multos annos *Librum de Herniis*, quem ante viginti quinque annos componere cepi, cum vero absolvere haud potui, ob variarum herniarum dissectiones quas non nisi tanto annorum intervallo facere mihi contigit, superioribus operibus editis Hunc ad finem perducam; Tredecim enim Tabulae in folio tum ad anatomen, tum ad curationem Herniarum illustrandam idoneae a Celeb. *Jacobo v. d. Schley*, jam aeri incisae sunt.

Quemadmodum variae occasiones rerum ex improviso contingentium animum nostrum saepe mutant, ita et varia monstra mihi ideam suppeditarunt scribendi *De Monstris*, quorum figurae perplures aeri etiam incisae sunt ab *Celeb. Folke.* Scopum meditatus sum a reliquis diversum, non enim eorum caussas explanare studui, sed usum, quem in Anatome, Chirurgia, atque in Vita communi ex eorum cognitione colligere possumus.

Diu etiam cogitavi de edendo *Catalogo Ossium Morbosorum omnium*, quae in museo meo adservo *cum corollariis Pathologicis, Medicis et Chirurgicis.* Etiam *calculorum vesicae urinariae, vesicae felleae* atque *Uteri.* Horum omnium enim ingentem numerum non

(*a*) *Seances publiques de l' Acad. R. de Chirurgie Ao. 1779 pag. 65.*

non modo, ſed omnia genera, poſſideo; adeo, ut completam eorum hiſtoriam tamdiu deſideratam me inde dare poſſe confidam.

Monere interea debeo, Tabulas omnes, in diverſis his Scriptis occurrentes ad figuras à me calamo accurate pictas inciſas fuiſſe.

Ex Muſeo meo in Praedio Lancumano prope Franecam.
MDCCLXXIX.

P. S. Humillime rogo, ut, qui literas ad me mittere volunt, hoc modo inſcriptionem dirigant.

A Monſieur
Monſieur PETRUS CAMPER
Profeſſeur Honoraire en Medicine, membre de pluſieurs Academies etc.
à
Klein-Lankum
près de Franeker
en
Friſe.



HARLINGAE,
Typis V. VAN DER PLAATS,
MDCCLXXIX.